



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 19. Eximia nomina hujus cœlestis gaudij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

donavit urbem non tam considerans in  
mam recipientis conditionem quam quan  
dare deceret suminam largientis dignitatem.  
Divina majestas minus adhuc quam rego  
terræ respicit ad vilitatem & indignationem  
eorum quibus dona sua confert. Sufficiunt  
homini Deum amanti recipere favores &  
quos & recreationes mentis, quales nobis con  
ferre possunt Creaturæ; Verum his non con  
tentus est Deus, parum ipsi videtur omni  
creatum, amat tractare nos conformem  
magnificentiae suæ & bonitati infinita  
tatis naturæ nostræ nullâ habita ratione.

## §. XIX.

*Eximia nomina hujus cœlestis gaudii.*

**E**xcellentiam hujus gaudii, quo dignatus  
Deus exhilarare sperantes in se indicat  
etiam eximia ejus nomina in divinis scriptis  
expressa. Nam S. Joannes appellat manus  
*absconditum quod nemo novit, nisi qui sibi*  
*Apoc. 2. S. Paulus pacem Dei, que ex superiu*  
*rnem sensum.* Ad Phil. 4. Propheta illius  
*Sabbathum delicatum.* c. 58. Psaltes regu  
torrentem voluptatis & inebriantem ubera  
tem domus Dei. Psal. 35. S. Petrus, *letitiam*  
*enarrabilem* 1. Pet. 1. Denique Christus p*le*  
*optimam partem* vocat, quæ non auferend

& gaudium quod nemo tolleret a possessore ilius. S. Gertrudis loquens de internâ, quâ affectus mentis dulcedine, solebat dicere, nunquam se ausam fuisse cuiquam hominum tam exponere, propter pusillanimitatem, ut addebat, & incredulitatem cordis humani. S. Bernardus id ipsum confirmans ait, quod quicunque conaretur de hac cælesti suavitate aliquid proferre, non magis intelligeretur ab iis qui eam non sunt experti, quam si peregrina illis ignotaque lingua loqueretur. ser. 85. in cant. Idem adiungit alibi: Si mihi id experiri liceret, putas me posse eloqui quod ineffabile est. S. Item Augustinus disertè fateatur: Non sufficit lingua mea cordi meo, tametsi modicum quid experto. Et iterum alibi idem tractans argumentum, postquam confusè quedam hac de re insinuasset, subiungit: mysterium hoc non nisi à perfectis viuis posse intelligi.

## §. XX.

*Discrimen inter voluptates corporis & animi.*

Si dicit aliquis, si divinæ istæ suavitates tam sunt admirabiles, ut præfertur, unde est quod tam pauci earum desiderio teneantur aut incitentur amore! Aut qui fieri potest ut non tantum, non quærantur magno